

Factus es ipsius vice cancellarius aulae  
Te memini placide quas obiisse vices.  
Omnibus hic Palmam sed præripuisse videris,  
Huius qui curæ sustinuere vices.  
Nam tam mansuetus, placidus, responsa benigne  
Omnibus, innata pro bonitate, dabas.  
Non tua spectabas, sed publica commoda tantum,  
Sicut abhuc huius præmia laudis habes.  
Publica res equidem tibi se debere satetur  
Omnia, quod passim publica vota probant.  
Hoc sed eras septem cum munere functus in annos,  
Virtutes fami suspicente tuas:  
Dignaq; cum partæ præconialaudis haberet,  
Et meritis essent omnia plena tuis.  
Emeritus miles Rhetensis regna Ducatus  
Rexisti imperij pro granitate tui.  
Atq; ibi cum placide fruereris pace senectæ,  
Et veheret laudes subdita terra tuas.  
Ad latus, es rursus renocatus Regis ut esses,  
Huius ab arcans consilijsq; fores.  
Munus adhuc tanta quod laude vir inclite præfas,  
Et virtute tua tam vigilanter obis.  
Ut te tota colat Respublica numinis instar  
Et te propenso pectore Cæsar amet.  
Haec tua cum virtus toti sit cognita mundo,  
Te manet æterni nominis amplius honos.  
Famaq; quæ nulos est deperitura per annos,  
Quæ venit è meritis gratia digna tuis.  
Nobilium serie cum sis generosus auorum,  
Splendorem referat stirpis & VLMA tuæ.  
Stemmata non iactas nec auitæ stirpis honorem,  
Quod genus è celebri nobilitate trahas.  
Sed, bene cum meritus fueris, Respublica grates  
Quod tibi perpetuæ munere laudis agat.

Quod-